

CANCELL*
MARTISB**
1718*

00 Tr

~~25 177~~

~~XXVIII . 9 . d~~



C. D.

DE

PROTRACTIO- NE LITIS

Von Verschleiffung
der Rechts = S. ändel/

INDVLTV
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS
PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, Jcto,
ANTECESSORE ET DECANO

PRO LICENTIA.

*Summos in Vtroque Jure Honores & Privilegia Doctora-
lia rite capeffendi*

IN AUDITORIO JCTORVM

D. 12. Decembr. 1690.
*horis ante & pomeridianis
diffutabit*

JOH. LEONHARDVS *Wessner/*
ALTENBVRGO-MISNICVS.

IN Æ, Typis PAULI EHRICHII. 1711.



DE
PROTRACTIO
NE LITIS

Dr. Oe. v. d. W. v. d. W. v. d. W.

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
PRESIDE
PETRO MÜLLERO IACO.
ANFESSORE ET DECANO

PRO LICENTIA

Summe in Kroppe Just Honoris & Prædignis Doctor
da vne respectu

IN AUDITORIO ICTORVM

D. d. Decemb. 1660.
hanc vult & postulat
hij

JOH. LEONHARDVS
ALTBVRGO MIRSICVS

LENÆ, Typis PALLI EHRICHI, 1711





DE
PROTRACTIONE LITIS
IN GENERE.

LOCO PROOEMII.



On Reipubl. tantum, sed & singulis in ea viventibus privatim expedit, fovere potius concordiam, quam contendere *l. 32. ff. de usufr. legat.* Docet enim experientia & sapientum omnium consensus comprobatur, nullam Rem. in flore posse conservari, in qua contentiones lites ac dissensiones agitantur teste *Varr. lib. 1. de vita pop. Rom. Joh. Bodin. l. 5. de Republ.* diminuere verò lites, omnemque adhibere curā, quò contentiones inutilesque controversiæ dirimantur, ad iudicis officium spectat. *l. quidam ff. de reb. cred. l. 24. C. de judic. c. 1. de Appell. in 6.* Igitur cuilibet Magistratui incumbit prospicere, ne temere moveantur lites, vel homines tam facile ad litigandum prorumpant *l. 23. C. de judic. Nov. 18. c. 8. c. 2. X. de Sent. & re judic. Petr. Heig. part. 2. q. 7.* Causæ quippe materiam ac occasionem protrahendarum litium præbentes amputari debent *l. 14. C. de iudicib. C. de contrab. stip.*

*ſtip. l. 1. C. de adminiſtr. tut. vel curator. ne lites fiant immor-
tales & vitam hominis excedant. d. l. 13. C. d. jud. Nov. 96. c. 2*
 Quod cum SS. concordare videtur *Matth. c. 5. c. 18. v. 15. Pa-
cifici à Salvatore inter beatos numerantur, & c. 3. v. 30. Prov.*
 extat, ne adverſus alium quis fruſtra contendat; huc quo-
 que referendum *C. 16. v. 28. c. 25. v. 8. 9. dict. proverb. quem*
ſequitur Eccleſ. c. 28. v. 10. dicens, abſtine à litibus & minus
 peccata, cui accedit admonitio Davidis *Pſ. 7. Pſ. 34. v. 15. Pſ.*
120. v. 76. hanc litigandi rixandique cupiditatem Paulus in
 Epift. ad Corinth. c. 6. v. 5. valde improbat, in qua ſuos
 Corinthios temere litigantes objurgat, inquiens, ad veſtram
 verecundiam dico, quod lites habetis inter vos, hos Salamo
Proverb. c. 16. viros perverſitatum nominat, qui gaudent
 pravitatibus, & multos quaſi pervertendi artes habent in
 promptu. Illud præterea ex Ethnicorum ſcriptis, licet &
 hæc ſufficiant, probari poteſt. Quantum lites & conten-
 tiones inviſæ fuerint Ciceroni, illud ex ejus dictis & qui-
 dem Epift. ad Attic. conſtat. Nihil, inquit, bono viro ac
 quieto magis convenit, quam abeſſe à controverſiis. Iſo-
 crates in Areopag. priſcos laudat Athenienſes, quod forum
 fugerint, nec illud acceſſerint niſi coacte magnoque pu-
 dore. Lyſias clariffimus Arhenienſium orator turpiſſi-
 mum eſſe cum amicis condendere exiſtimavit. Hujus quo-
 que rei exemplum nobis in Socrate propoſitum eſt, qui
 non ipſe tantum pugnam eſſugit, ſed ne alios quidem pu-
 gnare ac condendere paſſus eſt teſte Arrian. quid. de Chi-
 lone Lacedæmoniorum Philoſopho dicendum? cujus tria
 dicta referente *Plinio lib. 7.* in Apollinis templo Delphis
 conſecrata fuere hujus tenoris: Noſce te ipſum; Ne ni-
 mium cupias: Atque aris alieni & litis miſeriam fac fu-
 gias. Et Martialis lib. 5. Epig. 21. ita egregiè:

*Si tecum mihi, Care Martialis,
Securum liceat frui diebus,
Si disponere tempus otiosum,
Et vera pariter vacare vita,
Nec nos atria, nec domus Potentum
Nec lites tetricas forumque triste
Noscimus, nec imagines superbas.*

Huc referendum illud, quod Terent. *in Phorm act. 2. sc. 2 act.* Et si facta mihi injuria est, veruntamen potius quam lites secter; cui adjicitur Plauti dictum. Si potes fugere, ne quare litem.

Aliud vero sensisse videntur Romani, de quibus Paulus de Castro commemorat, lites ibi quondam fuisse immortales. Cicero damnat gentem Siculam, quod ad lites ac jurgia fuerit proclivis; Marcellinus autem Ægyptiorum genus litigiis asvetum vituperat.

De Britannicis Petr. Greg. Tholof. *lib. 4. de Republ. simile refert.*

Gallia dat vites, nutrit Britannia lites

Eandem sententiam de Sicula gente aliisque temerariis litibus implicitis modo supra adductam, de Christianis ferendam esse non arbitror, quibus juste litigare non minus quam belligerare permissum est *test. Petr. Greg. Thol. Syntag. jur. civil. c. 1.* Nam cum adversario in judiciis conflictari jus divinum concedit *Esai c. 1. v. 17.* Et jure civili iudicium sive litigium præsidium juris atque tutela appellatur *l. 5. C. de bis qui ad Eccles. confug. l. 14. C. de jud.* Sed negandum quidem non est, nonnullos existere inter nos, qui in foro litibus promiscuis & temerariis distringuntur, & ad lites contentiosas ob commodum duntaxat protrahendas aspirant, nec secum deliberent, an litem ingredi expediat.

Cum vero Reipubl. interfit, lites sopiri & abbreviari potissimum iudex enitatur, Paulus etiam sub exemplo monet nihil magis vitandum esse, quam protractionem litis, dum suos Corinthios non reprehendit, quod exerceant iudicia & in foro contendant, sed quod non amputent ac temere litigandi occasionem evitent, quare non in se iudicia, sed eorum potius abusum improbat *vid. Chemnit. loc. de vind.* Et quotidiana prohi dolor! testatur experientia, quod tristem litigandi temeritas ac cupiditas plerumque habeat exitum. Siquidem qui sine lite ac contentione feliciter cum suis æqualibus ac amicis vivere potuissent, postea obscure ac misere vitam finire coguntur *arg. l. 10. ff. de pecul.* De his recte ait Italus Ant. Mar. Spelta. lib. 2. della paze dilet. c. II.

Vn litigante ha ogn' hora beve infinite

Vivendo e in pergatorio anzi vivendo

Et citadin de la citta de Dite.

Sicut igitur vivacitas hominum angustiis concluditur terminis; ita exiguo saltem tempore, tranquille & quiete vivere iustum ac æquum est, tranquillitas autem minime conservatur, si quis cum proximo contendat: nam


Vexat amicitias & fœdera dissociat lis.

Et si accuratius nobiscum pensitemus, non minus Deo quam hominibus litigia, invisa, tanquam pestiferum Reipublicæ malum, præprimis à Christianis pejus cane & angue, ut ajunt, sunt fugienda. Idcirco omnibus etiam omnium ætatum JCris & Legislatoribus magnæ curæ cordique fuit, hanc litigandi libidinem legibus coercere *l. 1. §. 10. ff. de nov. oper. nunc. l. 13. ff. C. de judic.* Partes litigandes concordēs reddere *l. 22. ff. de reb. cred.* ac tandem quieti, tranquillitati civiumque salutem consulere *l. 6. ff. de except. rei judic.*

Nov. 114.

Quod

Quod causas lites protrahendi attinet, per multa imò innumerabiles, si longius indagendo progredimur, inveniuntur, adeò, ut vix quærendo finem protelationis causarum invenire possimus, modo enim ab *actore* modo à *reò*, modo ab *utroque* excogitantur & afferunt, mox *judex* ipse causam dat protelandi, qua differtur ac prorogatur processus, quibus machinationibus ac cautelis *advocati procuratores*, seu aliæ personæ minus Principales ad constituendum iudicium pertinentes utuntur, quo lites protrahantur, id probatione non indiget; hinc rectè JCTus quidam de hac litium protractione judicavit, inquit: *Versatus jam aliquot annis in functionibus tum privatis, tum publicis animadverti tam variisque autorum, qui praxin juris tractant, traditionibus judiciorum cognitionem conquassari, ut plerumque ipsi iudices cum litigatoribus non inveniant litis exitum, unde cum quadam velut immortalitas controvertendi nascatur, fit, ut non solum res familiaris & nunquam rediturum tempus in utiliter consumatur, verum etiam distrabantur amicitia, succrescant odia, ex litigationibus paulatim in utriusque familiam diffusi; tandem ex lite non ita magna totius Republicæ tranquillitas disturbetur, & hoc quidem malum ex eo genere est, quod prius sentire, quam cognoscere solemus.* Premissis igitur generalibus, de litigandi abusu, qui per litium protractionem præprimis committi solet, pauca pro ingenii mei tenuitate dissertationis inauguralis loco sum prolaturus in medium. Disputationem autem meam feliciter procedere, Divini Numinis auxilium exalto imploro, meque, quia in ejus nomine ad omnia consilia, omnesque actus nobis progrediendum est, ad ulteriora accingo.



CAPVT I.
DE
PROTRACTIONE LITIS
CAVSATA A JUDICE,

SUMMARI A.

- I. Quid denotetur per litis protractionem. II. Quid sit.
III. Qualibus personis constet iudicium. IV. Officium
Judicis Ejusque qualitates. V. Litis protractio ex Ju-
diciis affectibus, imperitia & negligentia oritur. VI. Quo-
modo Judex cum inepto libello debeat procedere. VII. Ju-
dex si omittat citationem, actus judicarius nullus est.
VIII. Quanam pertineant ad citationem legitimam. IX.
Quid circa relationem, citationem ritè esse insinuatam,
notandum. X. Tentanda est à. judice Concordia inter
partes & amicabile composicio. XI. Præsumis ubi scan-
dalum ob diuturnitatem litium oritur. XII. Sententia
feratur causâ cognitâ. XIII. Differtur prorsus ex im-
prudencia imperitiaque judicis. XIV. Ex avaritia. XV.
Terminus ad prosequendam leutationem intra sex
septimanas & tres dies petendus est. XVI. Partes abu-
tuntur sæpius hocce leutationis beneficio, aliàs saluberrimo.
XVII. Quale sit Judicis officium ad compescen-
dum leutationis abusum. XVIII. Fraudes appellantium
à judice compescenda sunt. XIX. Remittenda est causa
ad judicem à quo, si sententia vires rei judicata nacta sit
ad executionem faciendam. XX. Interdum novus requi-
ritur libellus ad obtinendam executionem. XXI. Quomodo
differre dicatur judex litem in executione. XXII. Pœna qua
in judicem protrahentem statuta est, extenditur.

Th. I

Thef. I.

TRactaturus materiam de litis protractione absque verborum ambagibus ipsam rem aggredior, operæ autem pretium esse non puto, ut in Protractionis originem anxie inquiram, cum cuilibet notum sit protractionem à præpositione *Pro* & verbo *TRAHO* derivari. Synonymiæ vocabulum *protrahere* quod si expendo ac discerno cum quibusdam autoribus, variè sumitur, *protrahere in iudicium* placet Livio *8. Bell. P. 157.* augere Valer. Max. *lib. 1. c. 5.* Interdum etiam pro differre, prolongare usurpatur test. Suet. *in vita Ner. c. 33.* Hinc protrahere diem germanicè denotat *auffchieben/verzögern/verschleiffen/eine Frist verstaten/* in quo significatu Gloriosissimo Imperatori Justiniano vocabulum Protractionis de lite *in l. 13. C. de jud.* accipere etiam visum est.

II. Missa igitur litis protractionis definitione verbali, ad realem nunc accedo, quæ hunc in modum exprimitur ac delineatur: *Protractio litis frustratio quadam est, à litigantibus æque ac iudice, non sine incommodo eorum, quorum interest, facta iuribusque prohibita.*

III. Circa litis protractionem non minus iudicis quam actoris reique officium cognoscendo ad mentis computationem revocandum venit, quibus personis omne iudicium potissimum constare necesse est. Nam si una earum deficit, iudicium redditur nullum & curruit. *Donell. lib. 17. comment. c. 4. de jur. civil. Harprecht comment. ad instit. tom. 4. t. 17. Obrecht. disp. 2. de judic.* Inde quoque non excluduntur Advocati & Procuratores, tanquam Personæ minus Principales. Sicut enim citius lites finiuntur, si & iudices & partes officiorum suorum habeant rationem; ita ab his, si singuli officia sua haud observent, potissimum protelantur. *l. 13. C. de jud. l. 2. C. de pæn. jud. qui mal. jud. c. 80.*

B

c. II.

e. 11. quest. 3. c. 1. de sent. & re jud. in 6. Itaque has liti-
um Protractiones, quibus non solum Partes nimirum A-
ctor & Reus, verum etiam iudices, Advocati, Procuratores
aliique uti & abuti solent, pro viribus, quantumque tem-
poris ratio mihi permiserit, ostendere constitui. Prius *de*
judice tanquam potissimâ quoad Personas Parte, dicendum
est.

IV. Judicis officium ad dirimendas lites tollendaque
gravamina præcipue tendens, ut per hoc Reipubl. ac civi-
um tranquillitati ac quieti publice privatimque consulatur,
partim in cognoscenda, examinanda & ponderanda, dili-
genter litigantium causa consistit *l. 9. C. d. jud. Rittershus.*
comment. ad instit. tit. 17. Partim in ferenda sententia eâ-
que exequenda *princip. instit. de offic. jud.* Ne igitur sta-
tim ab officio judicis remittar, plura adhuc penitius paulo
dispicienda esse existimo, iudex quippe velut Dux ac Impe-
rator iudicii, Antistitesque justitiæ *Arnold. Reyg. in process.*
jud. disput. 1. thes. 27. Harprecht. comment. ad Instit. tom. 4.
p. 1018. debet esse vir GRAVIS, SANCTUS, INCORRU-
PTUS, CONCORDIÆ STUDIOsus, ne in infinitum
lites extendantur; FORTIS, ut non extimescat Potenti-
am litigantis & ut convicia ac opprobria, & quicquid adver-
si contingere possit, serenâ fronte contemnat; CONSTANS
ut omnes motus fortunæ, mutationesque rerum, Personarum,
temporum leves esse credat, TEMPERANS ut Sobrie
rem agat, nec plene gutture sententias evomat, AB AVARI-
TIA ALIENUS ne munera accipiat, neve corrumpi se pa-
tatur, munera enim excæcant etiam sapientum oculos test.
Deut. 16. NON IRACVNDVS, SED MANSVETVS, ne
pravo intransversum rapiatur impetu; VERITATIS A-
MANS, ne quid omittat, quod ad causæ cognitionem ple-
næ percipiendam facit. SEVERVS, ut iudicii autoritatem
con-

conservet; PATIENS, sed cum ingenio, ne contemptibilis fiat; BENIGNVS ne duriore interpretatio leges extendat, & producat in savitiam; PRVDENS ne quid temere agat neque seduci se patiat, de quibus plura *vid. ap. Rütb. Rul. de commissariis part. 1. l. 1. Francif. Zypræus de jud. lib. 2. c. 5.* Vbi omnes iudicii qualitates accuratissime explicat.

V. Sed cum nostri non sit instituti, iudicis officium, quod latissimum est, latius describere, igitur paucis duntaxat litium protractionem, quæ à iudice plerumque in processu committi solet, consideremus; hæc enim plerumque ex iudicis affectibus, imperitia negligentia contingit. Sicut enim culpa iudicis, cujus tamen officium in minuendis finiendisque litibus, ne fiant immortales vel hominum, ut & vivaces cervorum ac cornicularum superent atares, consistit, lites plerumque protrahuntur *Danz. Moller. ad const. 3. Sax. part. 1.* Ita Gloriosissimus Imperator Justinianus in *l. properandum C. de judic.* Triennium ad dirimendas lites in causis civilibus determinavit pœnamque hæc lege etiam in iudicem constituit, qui propter amicitiam vel odium, aut aliam causam protelando litem ultra triennium differt ac protelat, scilicet si iudex in majori dignitate positus mulctetur decem libris auri, si in minoribus. *Brunn. ad l. 13. C. de jud. cum Reipubl. interfir*, ut lites minuantur, breviterque decidantur, *l. quidam ff. d. reb. cred. l. omnes C. de jud.* Hinc in antiquis legibus etiam multa duodecim aut viginti solidorum imposita fuit iudici, qui intra certum dierum spatium iudicium non absolvit. Huc quoque pertinet *constitutio Imper. de Anno 1548.* Sub Tit: Von Nichtern hujus tenoris: Nachdem sich auch vielmahls begiebet / daß die Partheyen / so vor den Gerichten in Rechtfertigung stehen / nicht ohne merkliche Beschwerung und Nachtheil zu Zeiten durch die Richter gefährlicher und fürseztliche

licher Weise aufgehalten werden / so wollen wir allen Ehrge-
 keiten hierauf auferleget und befohlen haben / indem gebührlit-
 ches Einsehen zu thun / und bey ihren Richtern zu verfügen / daß
 sie den Partheyen auf ihr Ansuchen iederzeit schleuniges Rech-
 tens förderlichst / und unverzüglich zu helfen und mitzutheilen /
 auch die Advocaten und Procuratores ernstlich anhalten die
 Sachen gefährlicher Weise nicht aufzuziehen oder zu verzög-
 gern bey Vermeidung ernstlichen und unnachlässiger Poen und
 Straffe.

VI. In limine processus quandoque fit, ut *libellus* a-
 ctoris aliquo labore vicio, & pro inepto habeatur, tunc ju-
 dicialis est ineptum hunc libellum, præsertim si ineptitudo sta-
 tim appareat, ac sit notoria, rejicere, ne postea protrahendi
 præbeat occasionem, libellus quippe ineptus nunquam in
 iudicio admitti, sed dentibus potius, par. e. etiam non pe-
 tente, lacerari à iudice debet ut tradit *Carpzov. p. 1. c. 2. d. 11.*
 Quo casu non solum ab hac instantiâ absolvitur reus, sed
 etiam ineptè agens in expensas condemnatur, alium ve-
 ro & congruum libellum adhuc formare actori non dene-
 gatur, unde formula pronunciandi ita sonat, Daß Befl. von
 dieser Instanz und Erstattung der Gerichts-Kosten billig zu
 entbinden / iedoch Kl. eine andere und förmlichere Klage nach-
 mahls anzustellen unbenommen V. X. W.

VII. Tradito igitur ab actore libello iudici incum-
 bit, reum, ne emanat, citari, cum in iudicio alias nemo te-
 neatur comparere, nisi legitime citatus sit, idq; toties, quo-
 ties aliquid contra ipsum producendum vel agendum est
l. 47. de ff. re jud. In jus enim vocatio, quam nos hodie
 citationem appellamus, omnium actionum instituenda-
 rum ac totius iudicii sive processus principium est *Carpz.*
part. 1. const. 2. d. 21. Quæ deficiente, processus actusque
 iudicialis redditur nullus *Zang. d. except. p. 1. c. 2.* Nul-
 lum

lum habet effectum *Gail. lib. 1. obs. 48.* nec reus in iudicio præfens tenetur invitus respondere, litemve suscipere absque præcedente citatione *Land. N. lib. 2. art. 3.*

VIII. Ad legitimam vero citationem præprimis requiritur (1) nomen iudicis citantis, *Carpz. process. tit. 7. art. 2.* (2) singulorum citandorum nomina ac cognomina *Gail. lib. 1. obs. 49.* ut & (3) nomen & cognomen actoris *Laud. compend. tit. de in jus vocand.* (4) Causæ ob quam in iudicio litigandum expressio, ad aliam vero causam, ad quam citatus non est, si compareat respondere non cogitur *Carpz. c. 1.* (5) Loci designatio, quo scilicet iudicium verti cauque ventilari solet *Gail. lib. 1. obs. 52.* Oportet autem locum illum esse tutum, in quo litigantes & ipsorum advocati, procuratores, similesque tuto consistere & ad quem etiam tuto commeare possint *Vultej. lib. 2. c. 28.* (6) Terminus legalis, qui est in foro Saxonico sex septim: cum tribus diebus *Carpz. p. 1. c. 2. def. 22.* Si vero unus dies deficiat vel terminus iudicis in ultimum incidat diem, citatio nulla est vid. *Magnif. Dn. Præsid. Additiones ad Syntagm. Struv. Exercit. 5. tb. 11.* Et currit dictus terminus non à die scriptionis, sed insinuationis *Carpz. cit. l. d. 23.* tempus igitur si nimis sit angustum, tunc opponere potest citatus termini angustæ exceptionem, ideoque lis ad alium protrahitur terminum legalem. Omnia hæc citationis requisita, si à iudice vel actuario non observentur, causam protrahendi litem præbent, ad evitandam vero hanc protractionem optimum est remedium, quod iudex tenorem libelli citationi inferat, aut saltem hujus copiam una cum citatione transmittat, ne postea reus dilationem ad deliberandum super libello petere possit ansamque protrahendi ar-

ripiat *Gail. lib. 1. obs. 51. Zang. de except. part. 2. c. 13. Ordinatio jud. Elect. Sax. tit. 4. v.* und damit der citatus.

IX. Ut evitetur porro litis protractio, praterea non tantum citatio rite formari, sed etiam insinuari debet; igitur Secretario, Protonotario, seu actuario incumbit *relationem nuncii* cum omnibus suis circumstantiis ac qualitatibus ad acta notare diligenterque conscribere *Carpz. proc. tit. 7. art. 1.* Siquidem ab insinuatione omnis citationis effectus dependet, quod confirmat *ordinatio judic. Sax. Gotthana. c. 1. §. 4.* Es soll auch der Canzley oder Amtes Vorthe/ oder Gerichts-Diener / auch da der Impetrant die Insinuation obgedachter Massen zu verrichten / auf sich genommen / derielbe gleichergestalt der geschehenen Insinuation halber glaubwürdigen und gnugsamen Bericht ad acta zu bringen schuldig seyn / zu welcher Zeit / an welchem Orthe / und wem er die citation überantwortet; oder in wessen Beyseyn er dieselbe von sich geleget / bald umständlich berichten / und nebst Einlieferung der etwa erhaltenen recognition, dieser Bericht oder relation eigentl. zu den Acten nieder geschrieben werden.

X. Lite cognita, cordati judicis est, omnem movere lapidem, quo lites vel *per transactionem*, vel *per amicabilem compositionem* dirimantur, judices quippe lites prius concordia quam judicio terminare debent *C. 1. X. de mut. petit. remonstrando incommoda ac pericula, quæ ex dubiis litium causis earumque effectu exoriri solent.* Unde nec utilius litium abbreviandarum remedium dari potest, quam ut in singulis instantiis amicales constituantur compositiones *Petr. Gregor. Tholof. lib. 47. Syntagm.* huc referendum illud, quod in *Recessu Imperii de anno 1654.* & quidem in §. *Zweyrens. extat.* Es soll der Richter erster Instanz nicht allein vor der litis contestation, sondern in quacunque parte

te judicii durch alle dienliche Mittel und Wege / auch scheidt
Erinnerungen die Partheyen in Güte von einander zu setzen
und hierdurch alle weitläufftige Kosten / spaltige Rechtfertig-
ung zu verhüten / sich befeisigen / iedoch ehe er die Güte der
Partheyen vorschlägt / vorher in den Sachen sich wohl infor-
miren.

XI. Hæc vero in iudice præprimis tentanda in rebus
nimirum, quæ modici sunt præjudicii, quando scil. scanda-
lum aliquod subest, aut ex alterutra parte existimationis
diminutio metuitur, quando negotium pias causas, paupe-
res, viduas, miserabilesque concernit Personas, aut lis inter
magistratum & subditos vel etiam inter propinquos verti-
tur, ut & in aliis istiusmodi causis. Idque tam in Elect. Sax.
quam in aliis Saxon. Provinciis obtinere observantia do-
cet, quod tendunt verba Ordinationis judic. Sax. *Gotban.*
part. 2. c. 6. §. 1. Nachdem der Richter entweder in der Sum-
marischen Verhör oder sonst alle circumstantias facti wohl
eingenommen / soll er vor Ertheilung des Bescheids bey aller
Gelegenheit zwischen den Partheyen so viel möglich und wo
eines Theils Recht nicht zu klar ist / gütl. Vergleich suchen / und
beyden die ausfortsetzung des Processus entspringende Gefahr
und Schaden wohl repræsentiren und anihme nichts erman-
geln lassen / was zu Vergleichung der Partheyen dienlich seyn
möchte. Cum quibus congruit *ordinatio Process. Elect. Sax.*
tit. 1. §. besonders aber. Inferendâ sententia judex secun-
dum leges, l. 7. C. de LL. l. 13. C. de sententiis & interloc. Nov.
126. c. 1. CONSTITUTIONES l. 1. §. 2. ff. quæ sententia sine
app. rescind. c. Canonum X. de constitut. CONSUVETUDINES
ET STATUTA l. 32. ff. de LL. c. licet de constitut. in 6. Gail.
lib. 1. obs. 36. judicare, minimè autem ad sententiam re nondum
exacte perpenla, properare debet, ne præcipitanter agat, & tu-
mul-

multuariam effutiat sententiam, alias frustra scriberentur leges, si iudicibus ab illis recedere & suo arbitrio jus fingere liceret, quod si contra leges vel constitutiones prolata fuerit sententia, nullam vim habere indubitati juris est *l. 19. ff. de appell. l. 2. C. quando provocare non est necesse c. 3. distinct. 4.*

XII. Ad evitandam vero litis protractionem, neve sententia multiplicet lites, præmissis requiritur, ut feratur hæc, causa probata ac sufficienter cognità, *c. 10. c. 30. quæst. 5. Wesenbec. in Paratit. ff. de re judic. n. 7. Carpz. part. 1. constit. 26. d. 12.* Partibus citatis ipsisque præsentibus *Fibig. Process. memb. 3. §. 18.* Ut contineat condemnationem & absolutio- nem *l. res judic. ff. de re judic.* Denique conformis debet esse libello *l. 18. ff. comm. dividund. 31. X. de Simonia & ne aliquid.* Iudicis enim potestas ultra libellum se non extendit, & id tantum per sententiam definiri debet, quod in lite est *Carpz. part. 1. constit. 26. d. 6.* Utrum vero sententia, sup- presso iudicis nomine, publicata valeat haud immerito controvertitur, & quanquam *Wesenbec. in Paratit. ff. de re judic. Hipolyt. de Marsiliis in pract. crim.* aliique sententiam hanc invalidam esse putant, contrariam tamen opinionem ceu magis veram magisque communem unanimiter ferè Dd. amplectuntur.

XIII. Differtur ac protrahitur porro processus ex im- prudentia, imperitiaque iudicis *l. qui §. si tamen. ff. de bon. libert.* Si per incitiam juris ac imprudentiam pronunciat, perperam quippe iudicando iudex litem suam facit *l. 5. l. 4. ff. de oblig. & act. l. 6. ff. de extraord. cognit.* hoc est litis periculo se obstringit, litemque in suam Personam transfert & obligatur ad universum litis dispendium; Hinc ad resti- tutionem damni dati obstrictus est, hac tamen limitatione, ut si dolo malo iudicaverit, ad litis æstimationem & omne inter-

interesse teneatur *l. Filiusfam. §. judex ff. de judic. add. Brunn. ad l. ult. C. de pœn. jud. qui malè jud. si vero per imprudentiam, quatenus religioni, quantumque superiori æquum visum fuerit, condemnatur. l. si judex ff. de extraord. cognit. Inde de iudicibus, qui per imprudentiam judicarunt verba *Recessus Imperii de anno 1654. §.* Wenn sich auch/ adjiciam. So sich befinden würde/ daß aus des Richters ungeschickligkeit und Versäumnis/ Unerfahrenheit/ corruption, oder Bosheit zu jemand's præjudiz, Nachtheil oder Schaden geurtheilet und gesprochen/ das Recht versaget oder verzogen worden/ so soll gegen der Schuldhafften Obrigkeit/ so wohl als deren Unter-Richtern/ gebührende Bestrafung vorgenommen werden.*

XIV. Deinde ulterius peccat judex, si illius animus *avaritie* vinculis adeo est constrictus, ut illis eximi non possit, tunc illius vitii instinctu actori sive reo à qua persona pecunia sollicitatus ad inferendum injusta procurrit, & pro suo arbitrio ob inhonestum lucrum litem abbreviat vel protrahit; tali modo judex pecunia corruptus & male judicans non solum litem facit suam *l. 15. ff. de judic.* sed etiam reperundarum tenetur *l. 1. l. 3. ff. ad L. Jul. repetund.* Incidit in Infamiae poenam *l. ult. C. d. pœn. jud. qui mal. jud.* Sententiaque nullum habet effectum, uti constat ex *l. venales C. quando provocare non est necess.* Sententias enim venales, quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interposita provocationis auxilium, jampridem à Divis Principibus infirmas esse decretum est *d. l. 7. C. quando provoc. non est necess.* abstineant ergo iudices à muneribus, ne his corrupti in alienam sententiam trahantur, quod crimen Prævaricationi admodum simile est *Keller. lib. 2. de offic. judic.* Hos iniquos iudices vivis depingit coloribus *Ventura de Valent. in Partben. litig. lib. 1. c. 12.* iniquiens,

judices inique judicare & lites protelare dicuntur, quando non merita causarum, sed personarum inspiciunt, non quod ratio dicter, sed occasio affectet, non quid lex sanciat, sed quid mens cupiat, animum non ad justitiam, sed justitiam ad animum declinant, non ut, quod licet libeat, sed ut quod libet liceat; egenorum litibus cunctanter litant, divitum lites instanter irritant; in illis rigorem, in his favorem dispensant; illos difficulter audiunt, his attente applaudunt, sit lucrum in arca, damnum non curant in conscientia; pecunias accipiunt, animam illaqueant, sapius sint litum expeditiones cunctantur, ut tandem majores sint litum expensæ, quam fructus sententiæ, huc usque autor. Inter remedia suspensiva, quibus lata ac publicata sententia, ne in rem transeat judicatam, si quis gravatum per hanc se sententia in judiciis partes utuntur præprimis locum habet Leuteratio, consuetudine & moribus in foro Saxon. introducta *Dan. Moller. ad constit. Elect. 19. p. 11.*

XV. Insinuata legitimo tempore *Leuteratione*, spatium sex sept. cum tribus diebus præfinitum, intra quod leuterantes ad prosequendam eam partis adversæ citationem petere debent, & currit hoc tempus, non à die publicatæ sententiæ sed à die leuterationis interpositæ *Carpz. Process. tit. tit. 17. art. 3.* Quo effluxo pro deserta habetur add. *constit. Elect. 19. p. 1. v.* Ein ieglicher Leuterant. Hinc judici vel actuario incumbit, non solum diem & horam leuterationis insinuata ad acta fideliter notare *Fibig. Proc. memb. 3. §. 19.* Sed etiam terminum ad prosecutionem leuterationis præfigere, partesque ad eundem citare, uti constat *ex constit. Elect. 19. p. 1.* Es soll auch ein ieglicher Richter schuldig seyn/ zu solcher Vollführung einen förderl. Termin und zum längsten nach beschehenen Ansuchen innerhalb 3. Monat zu ernennen

nen und anzusehen/auch sich darauf schleunig das Belehrungs-
Urtheil erholen und dasselbe eröffnen.

XVI. Quamvis saluberrimum leuterationis benefi-
cium omnibus, qui per sententiam se gravatos esse existi-
mant, permissum, utilissimo tamen hoc beneficio litigato-
res plerumque ad protrahendas lites abuti solent, hinc sub
specie juris, causam injustam differunt & adversarios inani-
bus fatigant sumptibus, in quos nonnunquam præter spem
& opinionem præcipitantur, iisque crescentibus exhauri-
untur, cui litigantium malitiæ Judex nullo modo indulgere,
nec ambagibus Processus connivere debet, perpendendo
exactè scilicet leuterationis gravamina, & si leutarationem
absque sufficienti gravamine interposuerit, eam rejiciat,
cum quibus congruit *ordinatia Elect. Saxon. Process. judic.*
tit. 35. §. Diemeß aber.

XVII. Interdum ut timore sacramenti contentiosa li-
tigantium malitia compescatur, pro ratione circumstan-
tiarum judex etiam leuteranti malitiæ juramentum impo-
nere potest, ut nempe juret, se non calumniæ aut litis dif-
ferentiæ gratia leuterationem interponere *Obrecht. de jur.*
cal. c. 11. n. 32. Si igitur appareat, quod frivole interposita
fuerit leuteratio eaque rejecta simul ad refusionem expen-
sarum judex etiam ab adversâ parte non imploratus, teme-
re leuterantem contemnat, hinc formula pronuncianti:
Daß es eingewandter Leuterung ungeachtet bey jüngst eröff-
neten Urtheil billig verbleibet/ und seyn Befl. Klägern die Ex-
pensas retardati processus auff Richterliche Ermäßigung zu
erstatten schuldig/ B. N. W.

XVIII. Ad corrigendam compescendamque inferio-
rum judicum iniquitatem ac imperitiam inventa & intro-
ducta est *Apellatio*, quæ ad superiorem judicem; ut is sen-

sententiam velut iniquam corrigat & in melius reformet; dicitur provocatio, *l. 7. ff. de minor. l. 1. Prim. ff. de appell.* Verùm seculo nostro non minus litigioso quàm malitioso appellationes à litigantibus plerumq; ad protrahendas lites, ut adversarium multis sumptibus diu multumque vexent, institui solent, unde & litium alumnae appellantur, *test. Vent. de Valent. in Partben. litigios. lib. 1. c. 15.* Ad quas vitiligitores, perdita per sententiam causà, tanquam ad sacram anchoram recurrunt, non tam spe victoriæ, quàm ut solutionem & condemnationem diffugiant. Hanc igitur litigatorum malitiam ne per temerarias ac inutiles appellationes lites protrahantur, omnibus modis coercere debent iudices, *l. 6. §. 4. C. de appell. Wesenb. in Parat. ff. de appell. Zang. de except. p. 2. c. 20. Carpz. p. 1. c. 20. d. 29.* Jure quidem civili regulariter à sententia definitiva, non verò ab interlocutoria appellare permissum, *l. 1. §. 2. ff. de appell. l. 36. C. eod. l. 2. ff. de appell. recip. l. 16. C. de judic.* Attamen jus canonicum à quolibet gravamine tam ante litis contest. quam post sententiam definitivam facultatem parti læsæ concedit *c. 5. c. 7. §. ult. c. 59. X. de appell. c. 1. c. 3. de appell. in 6.* Hoc jus pontificium in terris quoque ubi Jus Saxonicum viget, in tantum usu receptum est, ut à quibusvis sententiis, sive sint interlocutoria, sive definitiva, ab omni gravamine appellari liceat *Rauchb. p. 2. q. 6. Carpzov. d. l.* Oblatà itaque appellatione, tutissimum est, si iudex inferior interpositam hanc recipiat, eamque postea, cum Apostolis vel reverentialibus vel refutatoriis ad superiorem, ut hic de receptione deliberet, transmittat, ad recipiendas enim appellationes tenetur, poena vero hæc *in l. 21. c. de appell.* continetur. Postquam igitur iudex à quo appellationem una cum apostolis

lis

lis ad judicem ad quem ablegavit, caveat hic, ne quasvis promiscuè recipiat, deliberans prius an deferendum appellacioni sit nec ne? Judex enim injustæ appellacioni deferendo reatum committit, ut dicit *gloss. in c. 5. de appell. in 6.* qui reatus omnem excludit dignitatem, *Ruginell. de appell. add. Vent. de Valent. in parth. litig. lib. 2. c. 14.* E converso graviter errat, si legitimæ appellacioni deferre recuset, eo enim modo protrahuntur lites ad omne interesse tenetur ac præterea pœna pecuniaria mulctatur judex *Corn. consil. 318.* Cognitâ autem protelandi temeritate jure hanc rejicit, acta remittens ad judicem priorem; nam per temerariam ejusmodi appellacionem obedientia erga superiores debita violatur, impeditur juris executio justitiæque cursus, injuria fit judici, cujus sententia sine justa ratione reprehenditur, injuria fit adversario, cui non redditur, quod suum est, injuria fit ipsi judici superiori, qui frivole interpellatur; hinc non immerito frivole hi appellantes pœnis legibus constitutis coerceri merentur. Olim infamia notabantur *Per leg. à Proconsulibus C. de appell. & consult.* Imperatores Valens-Gratianus & Valentinianus aliam pœnam *l. 5. C. quorum appell. non recip.* sanciverunt scilicet sciant Provocatores se vel ab executione appellantes vel ab articulo, si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit quinquaginta librarum argenti animadversione mulctandos. Quæ pœna etiam ad Clericos extendi solet *l. clericos C. de Episcop. aud.* In foro Sax. hodie temerè ac frivole, apellans in expensas duntaxat condemnatur *test. Carpzov. p. 1. c. 20. d. 29.*

XIX. Lite demum per sententiam decisa, præsertim si hæc in rem transierit judicatam, recte ad executionem, quæ ultimum litigiosi processus remedium appellari solet *Gail. lib. 2. de PP. c. 17.* proceditur *l. si causa C. de execut. rei judic.*

l. 15. C. de re judic. Idcirco victori laborandum est, ut judicatum postea ad executionem deducat, quam judex ipse, qui ultimam tulit sententiam ad exequendam inferiori committit, frustra enim judicia instituta essent, frustra item sententia fereretur, nisi id, quod judicatum est, etiam mandaretur executioni, quæ multis plerumque impensis magnisque sæpe laboribus suscipitur, antequam causa ad executionem perveniat *Gail. lib. 1. obs. 117.*

XX. Ast! nostris temporibus ad exequendam sententiam interdum & novus requiritur processus; hinc inter jureconsultos agitur controversia, an in causa executionis novo opus sit libello, aut alia litis contestatione? Vt ut autem nonnulli inveniuntur, qui *ex l. 1. ff. edend. §. c. 1. X. de obl. libell.* affirmativam hujus quæstionis sententiam defendere nituntur, contrarium tamen non solum in Camera Imperiali, ibi de simplici & plano absque litis contestatione ac libello proceditur *test. Gail. lib. 1. obs. 113.* sed etiam in foro Saxonico receptum esse observantia docet, & sufficit, qualis qualis summaria petitio sive judicis nobilis officii duntaxat imploratio *Berlich. p. 1. conclus. 81. Coler. de process. execut. p. 4. c. 5. Nic. process. jud. p. 3. c. 7.*

XXI. Protrahit vero litem judex pro decernenda executione legitimè requisitus, si eam differat aut exequi deneget, recusans enim judex hoc modo executionem, ad quam tamen jure adstrictus est, ne res judicata careat effectu *e. 2. X. de re judic.* in pœnam incurrit, quæ jure nostro Saxonico *in ordinat. process. Sax. jud. Elect. §. 39. continetur.* Propter clamnum autem per moram creditori datum, actione infactum ad interesse tenetur ut tradit *Carpz. p. 1. c. 32. d. 1.* Verba Sanctionis Elect. Sax. qua hæc litis protractio à judice commissa coerceri solet, hujus sunt tenoris: *Wir befehlen auch hiermit allen unsern Amtsleuten/ Schössern/ Bürgermeistern/*

stern / Rächten der Städte / Richter / Befehlshabern / Verwalt hern und Unterhanen / daß ein jeder / dem solche Executoriales zukommen / und die Hülffe zuthun befohlen / wenn er angelanget wird / demselben ohne Weigerung oder Verzögerung nach kommen / und sich davon nichts weder Lieb / Gunst / Freundschaft / oder wie das seyn möchte / verhindern lassen / bey Vermeidung unserer Ungnads und 100. GULDEN Straffe.

XXII. Poena hæc adversus judicem executionem denegantem ulterius extendi solet , puto si mandatum executoriale à camera acceperit inferior judex, sententiam vero exequi neglexerit arctius mandatu sub poena banni decernitur, victusque si oblinatè si contumax, ob hanc in bannum postea declaratur, quod præcipuè in camera Imper. observari solet *test. Gail. lib. 1. obs. 113.* Porro protrahitur processus, quando judex executionem quidem non denegar, illam tamen falsò creditori persuadendo, debitorem adhuc esse solvendo, differt ac protrahit, licet res aliter sese habeat; exinde nihilominus actione in factum ad interesse recte convenitur *Carpz. p. 1. c. 32. d. 1.*

CAP. II.
 QVATENVS PARTES LITIGANTES ACTOR ET REVS PROTRAHUNT LITEM.

SVMMARIA.

- I. Magna partium litigantium malitia est. II. Ejusmodi malitie coercenda ergo Justinianus triplicem poenam in personas litigantes constituit (1) Juramentum malitie (2) Multa pecuniaria (3) Infamia. III. Quenam tam ante quam post litis contestationes committi solent protractiones

nes litis. IV. *Quanam litigaturo, antequam litem suscipiat, sint perpendenda.* V. *Multum differt lites contumacia Rei.* VI. *Ad abbreviandam litem facit specifica litis contestatio. Referuntur exempla, ubi propter litis contestationem lis penè fuit facta immortalis.* VII. *Quot modis lites post litis contestatam protrahantur.* VIII. *Lata sententia, ne vires rei judicata consequatur, uti licet remediis suspensivis.* IX. *Istis beneficiis abutuntur homines litigiosi.* X. *In appellationis Instantia quo minus fiat abusus, quanam leges sint prescriptæ.* XI. *Qua ratione quis instituire possit actionem nullitatis.*

Thef. I.

PRæcedente capite perpensâ litium protractione, judicem concernente, transeamus ordine ad partes judicium principaliter constituentes Actorem nimirum & Reum, quibus sæpissime lites contentiosos ac temerarias fovere & differendo suspendere placet. Malicia partium litigantium, quâ lites frivole protrahuntur, præsertim corruptissimo nostro seculo adeò increvit invaluitque, ut nullum pactum tum firmum, nullum testamentum tam validum, nulla lex tam constans ac vera est, ex quibus argumenta verisimilia ad litium protractionem proferre haud valeant litigatores, eorumque proprium mox hunc, mox alterum inanibus defatigare litibus, deinde verba captando, sinistre interpretando omnes nervos intendunt, ut quis, licet ex levissima interdum causa, tamen cum magno dispendio, molestiis ac sumptibus lites suscipere & protelare cogatur. De hoc litium incommodo earumque effectu videre est Chytr. *in delit. itin. p. 244.* In controversiis causarum capitales inimicitia oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & in honesta inde consequuntur: bona & utilia postponuntur, & qui sæpe cre-

credunt obtinere, frequenter succumbunt, ac si obrinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt.

II. Ad coercendam igitur litigantium temeritatem gloriosissimus Imperator Justinianus triplicem quondam compescendi poenam *tit. 16. lib. 4. Inst.* in litigatores constituit, ibi princ. h. t. *Nunc admonendi sumus magnam curam egisse eos, qui jura sustinebant, ne facite homines ad litigandum procederent quod & nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas agentium, quam eorum, cum quibus agitur, modo pecuniaria poena, modo jurisjurandi religione, modo infamia metu coaceretur.* Prima poena juramentum est calumniae, quo litigantes ab initio litis contestatae obtstantur, quod existiment, se bonam fovere causam, & litem non calumniandi animo, sed bona fide absque fraude se persecuturos *l. 1. instit. de poen. tem. litig. l. 2. C. de jur. pp. cal. l. 44. §. 4. ff. Famil. herse.* Veteri quidem jure in omnibus fere novis litis partibus & assertionibus hoc exigebatur *l. 34. §. 4. ff. de jurej. l. 13. §. 13. de damn. infect.* Hodie vero per *Autb. C. l. 2. de jurej. pp. cal.* in genere semel jurasse sufficit, requisita hujus juramenti calumniae referente *Harprecht. comment. ad Instit. tit. de poen. temer. litig.* hisce continentur versiculis,

Illud juretur: Quod lis sibi justa videtur

Et si quaeritur, verum non inficietur:

Nil promittetur, nec falsa probatio detur:

Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Cumque de hac litigantium temeritate in comitiis Imperii sapissime deliberatum fuerit, in novissimo recessu Imper. de *an. 1654. §. 43.* hanc juramenti calumniae formulam Imperatori praescribere placuit. *Dass sie eine gerechte Sache zu haben glauben / was sie vorbringen / oder begehren nicht aus Befehde oder böser Meynung noch zu Aufschub oder Verz*
D lân

längerung der Sachen / sondern allein zur Nothdurfft thun / die Warheit nicht verhalten / auff des Gegentheils vorbringen und Erzehlung der Geschichte / in allen seinen Umständen ohne Befehde antworten. Und so bald sie aus den Beweißhümmern oder sonst in Processu der Sachen befinden würden / daß sie eine unrechte Sache hätten / davon abstehen und sich deren gänzlich entschlagen wollen. Alterum litium refranandarum remedium quod attinet in *Multa* consistit *pecuniaria* seu condemnatione ac praestatione damni & expensarum, praevente tamen taxatione ac iudicis moderatione §. 1. *Instit. de pan. temer. litig. Rittershuf. comment. ad Inst. eod. Gail. lib. 1. obs. 151. Myns. 4. obs. 55.* Tertia praeter iusjurandum ac pecuniae damnum poena est *Infamia*, quae & morti comparatur l. 9. ff. de *manumiss. vind. l. 38. §. penult. ff. ad l. jul. de adult.* Quo pertinet *tit. in ff. de his qui notant. inf. & C. ex quib. caus. ipsam. irrog.* infames enim ab omni dignitate exclusi & remoti sunt l. 2. *C. de dignit. nec Advocati, l. 1. §. 8. ff. de postul. nec testes esse possunt l. 1. l. 3. ff. de test. add. Lauterb. compend. jur. sub tit. de his qui not. infam.*

III. *Misfis* his, ad litium protractiones, quae ab Actore & Reo tam ante, quam post litis contestationem, committi solent, me converto. Sicuti per libellum, quem arboris judicariae truncum, fundamentum actumque substantialem iudicii communiter *Dd.* appellant, *Carpzov. process. tit. 6. ad 1. Rittersb. ad Instit. lib. 4. tit. 16.* Actio ab actore instituitur; ita actori praeprius incumbit actionem suam legitimo includere libello, eumque ita formare, ne in processu confusionem pariat, aut ineptitudinis incurrat vitium, differtur autem Processus per libelli ineptitudinem, & licet sententia super eo lata sit, tamen non est condemnatoria, sed ipso jure nulla *arg. l. 1. ff. de offic. Assess.* Ineptitudo autem ex plurium actionum cumulatione profilit,

lit, si scilicet ex diversis causis ortas, ad diversas res vel easdem prosequendas, uno libello actor complectitur *l. ii. de jurisd. Nicol. Process. c. ii.* Interdum quidem cumulatio plurium actionum etiam in quibusdam causis permittitur, hujus exemplum *in d. l. ii. ff. de jurisd. extat*, ut & aliud *in l. 3. C. de annal. except.* Verum de his duntaxat loquimur, quæ non expresse in jure sunt prohibita, de quibus plura vide apud Dyn. *in c. 20. de reg. jur. in 6. Zang. de except. p. 2. c. 19. Carpz. process. tit. 6. art. 1.* Quod etiam in actione injuriarum observatur, nam actio ad palinodiam cum æstimatoria actione cumulari nequit, hinc solet pronunciari. Würde Kläger eine förmlichere Klage anstellen / und Beshl. entweder actione injuriarum oder ex l. diffamari alleine bezlangen / so ist Beshl. auf vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und mit seiner rechthelichen Nothdurfft sich darauf einzulassen schuldig B. N. W.

IV. Caveat itaque actor, in cujus potestate est, quando experiri velit, *l. plura §. non sicut ff. de dol. mal. § met. except.* ne injustam litigandi causam arripiat, sed rem diligenter potius exploret, an sufficientibus probationibus, quibus licetè aduersarium in judicio convenire existimet, sit instructus, & si adhuc dubitet, utilius esse videtur, ut facti speciem conscribendam, eandemque ad facultatem Juridicam transmittendam curet, à qua consilium petere licet, an sua intentio justam litigandi causam contineat, quo casu quamvis postea succumbat, à refusione tamen expensarum est liberandus. Post libelli oblacionem, per quam causa in judicium deducitur, consequens est, ut citationem emittat judex, hujus effectus in comparitione partium consistit, *l. consentaneum C. quomodo & quand. jud.* Citationem autem legitime facta ac insinuata, citati coram judicio vel immediate in propria, ad mediatè per aliam perso-

nam comparere tenentur pro alio si quis compareat, præ-
 primis legitimatio ejus requiritur, quæ adeo necessaria est,
 ut deficiente ea, totum judicium reddatur nullum *Zang.de*
except. p. 2. c. 7. Hæc legitimatio in exhibitione mandati legi-
 timi consistit, quæ statim ab initio litis ad evitandam nul-
 litatem fieri debet, aliàs judex ex officio ejusmodi procu-
 ratorem sine mandato comparentem rejicere potest per
 Ordinat. Proc. Elect. Sax. jud. de anno 1622. v. *Wanns gleich von*
Gegentheil nicht gefochten/xc. Berlich. p. 1. conclus. 14. Carpz.
p. 1. c. 1. d. 26. Et ulterius protelantur lites, si Procurator
 mandato quidem, verum insufficienti compareat, vel si
 mandatum non statim legitimandi personam ad acta po-
 nat, & cum prima positione producat mit den ersten Satz/
 eo casu non solum in multam incurrit pecuniariam, quæ
 summa jure Sax. prima vice est quinque thaler. pro se-
 cunda vero decem *Carpz. d. l.* Sed etiam adversæ parti im-
 pensos sumptus restituere compellitur, juxta communem
 pronuciandi formulam. *Dass die von Anwalden ohne Mandat*
eingebraachte Sätze von den Acten zu removiren / und ist
Beklagt. Klägern dieses Termins Unkosten auf Richterl. Er-
mäßigung zu erstatten schuldig/ der Anwald aber/ weil er ohne
Mandat versetzt/ in die/ der neuen Gerichts-Ordnung ein-
verleibte Straffe der 5. Reichsfr. verfallen R.R.W.

V. Ad differendas lites etiam *contumacia Rei* refertur
 potest, quæ varias causas nullo modo ad protractionem li-
 tis spectantes præendit, & modò huc, modò illuc subter-
 fugia ad excusandam malo interdum proposito susceptam
 contumaciam & absentiam querere nititur. Comparente
 Reo, terminus præfixus frigidis consumitur rebus, dum
 Reus dilatoriis & peremptoriis exceptionibus, quæ vel con-
 tra judicis vel contra adversæ partis personam, vel contra
 citationem tendunt, litem suspendit, ejusmodi quidem in
 ju-

judiciis uti ac se defendere prohibitum non est. Verum Reus per abusum crimen dilationis in lite effugere non potest, quippe qui ex pluralitate exceptionum litium longævitate promovente elucescit *c. 4. X. de except.* Hinc quotidiana experientia docet, quod ab initio processus ac ante litis contestationem in puncto declinandi fori, sub & obreptionis, recusandi judicem, rejiciendi actorem, libellum, mandatum procuratorium, interdum plures anni contendantur, has in opponendis exceptionibus commissas tergiversationes ac protractiones litium *in const. 3.* improbavit Serenissimus Saxonix Legislator, sed, ut huic malo occurratur, sancivit, reum conventum debere omnes exceptiones dilatorias in primo termino simul opponere unà cum annexa eventuali vel conditionali litis contestatione *Dan. Moll. ad Const. 3.* Quod si omittat reus, nec litem eventualiter contestetur, in expensas retardati processus condemnatur *Carpz. process. tit. 9. art. n. 13.*

VI. Non minorem curam de protractione circa litis contestationem gessit Serenissimus Saxonix Elector, ne scilicet per generalem aut incertam litis contestationem lites differantur & multiplicentur, inde ordinavit & constituit, ut Reus conventus ad omnia capita libelli ejusque narrationem ac conclusionem apertè, specificè, expresse, ac sine ambagibus respondeat litemque contestetur. Inter exempla litium protractionis ante litis contestationem recenset quædam *Fultej. vol. 1. consil. marp. 17.* quod in Camera quondam post obitum testatoris, de cujus hæreditate disceptabatur, usque ad litis contestationem anni triginta & octo fuerint elapsi. In alia causa quadraginta & septem præterierint anni, nimirum à 4. Septembr. 1555. ubi libellus fuit oblatu, usque ad diem publicationis sententiæ, quæ erat 10. Novembr. 1602. *Berlich. p. 2. cons. 9.* ex Speculatore refert

de quadam causa, in qua post triginta annorum decursum litigantes nondum litem fuerant contestati. Plura exempla commemorat, cit. *Herm. Vultej. vol. 1. conf. Marp. 17. vol. 3. conf. 30. Dan. Moll. ad constit. Sax. p. 1. c. 3. Cothm. vol. 3. res. 21. Bod. lib. 6. de Reipubl.*

VII. Et, quamvis partibus ante litis contestationem, antequam scil. lis suscipiatur, multi anni, ut modò dictum est, præterlabantur, etiam post litem contestatam varie lites protrahi solent. Nam modò excipiendo, replicando, duplicando, triplicando, quatruplicando, abusu accedente, iudicium prolongatur, modo juramenti delatione ac relatione, nec non ejusdem præstatione lites procrastinantur. Postea probationibus ac reprobationibus articulorumque probatorialium confectio differtur processus, & licet tam actori quam reo ad deducenda jura, quatuor, sex, & plures septimanæ concedantur, tamen terminum à iudice præfixum ulterius extendunt, & in infinitum fermè protrahere allaborant. Deinde ad documentorum editionem, ut & eorum productionem ac recognitionem non menses, sed multi interdum requiruntur anni; sed caveant hic partes, ne pro obtinenda victoria falsa componant instrumenta, distitent, aut libellos, acta, epistolas, chirographa fraudulentè scienterque conficiant, vel mutant, falso subscribant, sigilla appendant, aliudque faciant, quo rei veritas supprimatur, aut lites injustæ non sine magno alterius partis damno differantur & protrahantur *l. pœna legis l. qui testamentum instrumentorum l. quid sit ff. de leg. Corn. de fals.* Quid dicam de testium productione & juramentis ab ipsis præstandis, de eorum admissione ac reprobatione, nec non de interrogatoriis eorum examine ac depositione, quibus multum temporis impenditur? Et plura, quæ ad differendas lites pertinent, magno cum sumptu producentis ac tœdi-

dio iudicis susceptas, afferrem, sed prolixitas modum, quem adhibendum puto, me adhibere jubet, ne latius in hac materia vagari videar. De qua plura videre est *Valent, à Valent. in Parben. litig. lib. 2. c. 13. Gothofr. Warleff disc. de abbrev. lit.* Denique probationibus & reprobationibus vel per testes vel per documenta & instrumenta peractis, jure & observantia receptum est, ut, si litigantes super testibus & actitatis disputationis & allegationes proferre velint, illis hoc permittatur *Dan. Moll. ad const. Elect. 18. p. 1.* In possessorio verò summarissimo Reus si testium personas & dicta reprobare velit, non admittitur, ne per ejusmodi reprobationes & disputationes attestatorum negotium in multum postea protrahatur tempus *Carpz. proc. t. 23. art. 1.*

VIII. Lata ac publicatâ sententia, ne in rem transeat judicatum, omnibus, qui per hanc se gravatos esse existimant, remediis suspensivis uti jure permissum est, inter quæ potissimum refertur Leuteratio, consuetudine potius ac moribus, quam jure civili fundata *Fibig. proc. memb. 3. §. 19. Carpz. proc. tit. 17. art. 1.* & quæ à litigiosis magis ad differendam litem, quàm ad justam causam defendendam interjici solet. Hunc verò frivole leuterantem in expensas redardati processus condemnari placuit *Elect. Sax. in Const. 19. test. Carpz.* *Dasß es eingewandter Leuterung ungeachtet bey vorigen Urtheil billig verbleibet / und ist Befl. die expensas redardati processus auf Nichterl. Ermäßigung Kl. zu erstatten schuldig B. N. W.* Rejectâ autem leuteratione interdum & quidem in Provinciis Electoratus Saxonici ac Aulis Saxonie Ducum, admittitur Ober- vel Superleuteratio, quæ nihil aliud est, quam secunda leuteratio, & cum revisione actorum coincidit, quibus, si in priori sententia aliquid fuerit omissum, gravatâ parti succurritur, defectusque suppletur, de quibus *vid. Matth. Coler. p. 1. c. 3. de proc. execut.*
And.

*And. Knich. tract. de privil. Sax. c. 4. Carpz. proc. jur. tit. 17.
art. 4. Fubig. proc. memb. 3. §. 20.*

IX. Sed hoc beneficio litigiosi ac inquieti animi homines abuti pessime solent, & id in suspendendo processu collocant, quare jure nostro Saxonico saluberrime cautum fuit, ne per modum hunc occasio lites protrahendi datur, ut in certis duntaxat causis locum habeat Oberleuteratio, & quidem admittitur (1) Si sc. causa, super qua interponitur leuteratio, primitus statim in aula vel suprema curia fuerit ventilata. (2) Ut in supremo appellationum judicio aut principis aula definitive sit pronunciatum, quod differte constat ex Ord. Process. Sax. de Anno 1555. von Oberleuterung. Cæterum quoad fatalia & alia requisita cum leuteratione pariter hæc convenit. De Leuteratione & Oberleuteratione nobis hac vice hæc sufficiant, nunc de appellatione breviter dicam, cujus usus, quam sit frequens quamque necessarius, cuilibet constat *l. 1. ff. de appell.* Hoc quidem beneficium ideo fuit introductum, ut iniquitatem ac imperitiam judicantium corrigat, sententiamque inquam in melius reformet *l. appell. in Princip. ff. de appell. l. prefetti ff. de minor. & omnibus gravatis concessum l. 1. l. 19. ff. de appell.* Ast quomodo hoc pretextu lites protrahi soleant, id non indiget probatione, saluberrimum enim hoc remedium sæpissime ad moratorias dilationes ac frustratorias exceptiones transfertur, & ex refugio oppressorum præsidium ac diffugium efficitur calumniantium *arg. nov. 49.* Hinc à litigiosis ab omni ferme provocatur actu, & irreverenter ac temere minus rem perpendentes in aliud judicium transeunt, sive causæ appellabiles sint, sive non appellabiles, nihilque interest, an justa fuerit sententia, an injusta, modò sit appellatum. Processus interea differtur, causa enim ad judicem devolvitur superiorem, quæ sententiam in-

inferioris suspendit *l. precipimus §. hæc si C. de appell.* pendente itaque appellatione nihil innovari debet, *l. unica ff. nihil innov. appell. interpon.* Si contra faciat iudex, committit attentatum *Carpz. l. 3. res. 118.* hoc modo quod intra paucas septimanas finire poruisset, ad multos extenditur annos.

X. Ad refrænandas verò litigantium cupiditates in hac appellationis instantia factas, quo & beneficium hoc malitosè in abusum non trahatur, certæ præsertim in foro Saxonico determinatæ ac præscriptæ sunt leges ac regulæ, quæ si accurate non observentur, appellatio amplius non prodest, sed rejicitur, *Add. Carpz. proc. tit. 18. art. 1. 23. Gail. lib. 1. obs. 122. Vent. de Valent. Partb. litig. lib. 2. c. 13. 14. Ludolph. Hug. de abus. appell.* Hanc protrahendi in appellationibus sæpissime commissam temeritatem haud immerito improbaverunt Imperatores, & pœnam antea determinatam extenderunt, quod nuperrime in Recess. Imper. de anno 1654. §. 120. factum esse reperitur hujus tenoris: Und nach dem im Reich die Libido litigandi dermassen bis anhero zugenommen/ daß bey denen Unterrichtern fast kein Urtheil gefället/von welchen nicht appelliret werde: So solte auch daz gegen und wieder solche temere appellirende Theile die anzgesetzte Straffe erhöhet und nach Ermäßigung des Richters solche Parthe von zwey/drey bis auf zwanzig marck-löthiges Goldes nach Beschaffenheit desfalls und Umstand der Sachen/ oder auch wohl gar am Leibe gestrafft werden &c.

XI. Quamvis inter alia remedia, quibus litigantes contra rem judicatam utuntur, actio quoque *nullitatis* est inventa, quæ locum habet, quotiescunque in iudicio iudex nulliter processerit, tamen & hæc à nonnullis magis ad protrahendam, quam abbreviandam litem instituitur, igitur Elector Saxonix certam constituit multam, quadragin-

ta nimirum florenorum in illos , qui frivole de nullitate conquesti deprehenduntur , quo litigantes non solum à temeritate rixandi frivolisque actionibus abstineant, sed etiam eorum malitia coerceatur, Reipubl. enim interest, ut materiæ & occasiones litium amputentur & diminuantur, *l. 21. ff. de reb. cred.* Remediis suspensivis annumeranda quoque est Revisio actorum , quæ in illis judiciis regulariter locum habet, ubi plane non appellare licet vel summa appellabilis non adest, & solummodo in Camera Imperiali, non autem in Provinciis Elect. Saxon. obtinet Ordinatio. Elect. Sax. Process. tit. 37. *Berlich. p. 1. conclus. 60. Gail. lib. 1. obs. 154.*

CAPIV T III. ET VLTIMVM.
DE
PROTRACTIONE LITIS,
QVATENVS AB ADVOCATIS ET PRO-
CVRATORIBVS FIT.

SVMMARIA.

Thef. I. Laudabile officium Advocatorum. Horum tamen officio abutuntur multi. II. Sunt qui omnium causarum patrocinia suscipiunt. III. Sunt qui affectibus nimium indulgent. IV. Ad diuturnitatem litium ignorantia, insipientia ac negligentia Procuratorum multum juvat. V. Advocati publicum testimonium de studio juris & industria exhibeant. VI. Protrahuntur lites per negligentiam Advocatorum & Procuratorum. VII. Per frivolos & varias exceptiones, & intempestive suadendo transactiones. IIX. Propter absentiam & carentiam Advocatorum & Procuratorum lites protelantur. IX. Pactum de quota litis causa etiam

etiam protracta litis est. X. *Omni studio Legumlatores solitici fuerunt, ne protelentur lites; propterea initio officii debent Advocat. jurare.* XI. *Ad protrahendas lites abutuntur Causidici appellationis remedio.* XII. *Conclusio.*

Thef. I.

POSTquam tum judicis, tum Actoris, tum rei officium stylo sum prosequutus, Advocatorum quoque & Procuratorum, quibus in protrahendis litibus non minus Actoris quam Rei defensio injugitur & demandatur, considerare æquum esse puto. *Omni laude dignissimum est Advocatorum officium, dum reipubl. maximè serviunt, eique plurimum utilitatis conferunt l. 14. C. de Adv. div. jud. Illi enim sicuti sagati milites hostilitatem clypeis ac thoracibus; ita togati hi offensionem & falsitatem rationibus ac argumentis adversariorum expugnant d. l. 14. C. de Adv. add. Struv. Synt. jur. civil. Exercit. 7. th. 4. Unde etiam ab Imperatore Justiniano advocatura singulare prædicatum accepit, illa enim appellatur Illustris dignitas l. restit. l. ad hac C. de Advocat. div. jud. Ipse Advocatus nobilissimus l. providendum C. de postul. Clarissimus & Spectabilis l. laudabile C. de Advocat. div. jud. Gail. l. 1. obs. 43. n. 4. Verum hoc nobili officio ac nomine laudabili multos abuti constat, nam id potius ad lites protrahendas quam dirimendas exercetur, quidam nocentissimis technis saluberrimas pervertunt legum sanctiones, iisque lites suspendere conantur, illi autem in Republ. non ferendi sed coercendi, qui conscientias hominum pervertunt, & judiciorum sanctitatem in cautelas atque technas commutant Keller. lib. 2. de offic. jur. Pol. c. 25. Vent. de Valent. jur. Parth. litig. lib. 1. c. 9.*

II. Sunt, qui omnia causarum patrocinia suscipiunt, quæ postea ob multitudinem sufficienter præstare non possunt, mole negotiorum dein impediti, debitam adhibe-

re diligentiam nequeunt, exinde oriuntur litium protractiones, dilationes ac sæpe alia incommoda, hinc in omnibus causis & quidem (quod rabulistarum proprium) sive iustis sive iniustis, patrocinium clientibus præstant, cum tamen memores esse debeant, quod Reipubl. magis expediat, paucas lites bene agere, quam multas male defendere
vid. Stryk. disput. de consc. Advocat. c. 2.

III. Reperiuntur etiam, qui suis affectibus nimium indulgent, eisque adeo inquietantur, ut unice eò intendant, quomodo partes ad differendum lites sollicitare possint, causa autem, cujus instinctu trahuntur ad diurnitatem litium, potissimum hæc est, ut ex ea nil nisi inhonestum quidem lucrum sperent, nec vereantur litis victoriam his promittere, scientes tamen, quod res eventum dubium tulerit *l. quod debetur ff. de pecul.* Et plerumque postea infelices hi litigatores si inconsulto litem inceperint, eventu stultorum, ut ajunt, magistro comperiunt, quod ea quæ malo inchoata sunt principio felicem vix sortiantur exitum, minime autem hoc de conscientiosis, quique vero Advocati nomine gaudent, dicendum, hi admonitionem *Guilb. Durant. lib. 1. tit. de Adv. §. 9.* potius sequuntur, quam ut clientes ad ingrediendum adhuc incertam litem persuasionibus inducant, præprimis autem cordati Advocati est, ut, quantum potest, partes ad amicabilem compositionem vel transactionem potius, quam ad litigandum persuadeat, remonstrando nimirum eventum litis esse dubium *l. 51. ff. de pecul. Petr. Gregor. Tholos. lib. 28. Synt. ag. c. 2.*

IV. Ad diurnitatem litium ignorantia, inciticia ac negligentia Procuratorum etiam plurimum juvat, dum jura scilicet ignorant, vel prave ac malitiosè applicant, partiumque jura confusè ac inepte proponunt, litem ex lite faciunt, hi moliri audent, quod non didicerunt, itaque si per
im-

imperitiam Patrocīnantes causas perdant, ad interesse ac reſtitutionem damnorum omnium inde reſultantium cli-
enti ſuo jure tenentur §. 7. *inſtit. ad L. Aquil.* Damnum enim non dolo tantum datur, ſed per imperitiam quoque & artis ejus, quam quis profitetur, ignorantiam, quæ profitem-
tem culpæ reum facit *l. 132. ff. de R. J. Ziegl. de art. rabul.* ne dicam quod cauſas graves ſuſcipiendo, quas defendere non poſſunt, graviter peccent, in hoc enim officium Advoca-
cati potiffimum conſiſtit, ut, quæ proficiſcuntur à legibus & à jure civili, aptè applicet, neve agat quicquam, quod ju-
ſtitia fraudi eſſe queat; itaque ſe gerat ubique, ut malit con-
troverſias tollere, quam conſtituere litium actiones. Hinc non admittuntur in foro Saxonico *teſt. Carpzov. p. 1. c. 1. d. 18.*

V. Procuratores & Advocati, priuſquam conditionis ſuae publicum teſtimonium de ſtudio juris ac induſtria exhibuerint, vel aliter de eo fidem fecerint, quod non ſolum in Camera Imperiali *Gail. lib. 1. obſ. 43. n. 7.* in foro Saxoni-
co aliſque Principum judiciis, ſed etiam in plerisque Euro-
pæ tribunalibus obtinet & obſervatur, quod præſertim confirmat *Ordinat. Proceſſ. Elect. Sax. de anno 1555.* rubric. von Procuratoribus: Daß nun hinführo ſich keiner unterſte-
he in unſern Landen der Leuten Sachen zu führen / es ſey gütl. oder gerichtlich / er habe denn in Rechten ſtudiret und das von ſeinen Præceptoribus ſchriſſtliches Gezeugnis; quibus con-
venit *Proceſſ. Ordinat. Saxo-Gothan. c. 13. §.* Weißen an einen verſtändigen gewiſſenhafften Advocaten beydes dem Richter als denen Partheyen zum höchſten gelegen ꝛ. Sub nomine enim Advocatorum indocti non habentur, nec imperiti inter Advocos, cum peritia juris inſtructi eſſe debeant *l. n. c. de Adv. div. jud. l. petitiones §. nec de C. de Adv. div. jud.* numerari merentur, ſed ab hoc laudabili officio in judiciis

potius removeri debent *Rurb Ruland. de commiss. p. 1. lib. 1. c. 13. Zasias cons. 76. n. 7. Petr. Rebuff. de Priv. univers.*

VI. Protrahuntur lites per negligentiam Advocatorum & Procuratorum, quando scilicet non observant, quod tamen necessario ad eorum officium pertinet, si absque mandato vel insufficienti in judiciis compareant, vel in praefixo termino sint imparati, si fatalia leutationis aut appellationis negligent, si porro intra certum & quidem jure praesertim Saxonico determinatum tempus post interpositam appellacionem vel leutationem terminum ad eam prosequendam vel justificandam non petant. Peccant ulterius & peccando protelant litem advocati & procuratores, si falsis allegationibus & coloribus sententiam protrahere nituntur, tunc clientes ad negandum instruunt, & ad revocandum ea verba, quae semel sunt confessi quasi exacte animo non pensitata sub specie juris, quae tamen lites protelari solent, instigant.

VII. Deinde per frivolas ac varias interdum exceptiones, licet causa sit justissima, Processus cum magno partium incommodo ab Advocatis & Procuratoribus protractio committi solet. Praeterea litis fit protractio ab Advocatis, quando adversae parti gratificando hortantur clientem iuste alias litigantem, ut, quasi causa non habeat fundamentum & sis futura sit diuturnior, transigat conditionibus iniquissimis: quo genere malitiae produnt clientem & incunt gratiam a colligatore, a quo tandem munera promissa recipiunt, quo casu pravaricationis crimen incurrunt *l. pravaricator. ff. de Pravaric.*

VIII. Porro saepius propter absentiam & carentiam Advocatorum & Procuratorum lites protelantur, nonnumquam morbus & adversa Advocatorum & procuratorum, ut & alia eorum impedimenta ansam protrahendi praebent.

IX. In-

IX. Inter ceteras causas litem differentes referri potest pactum, uti vocant, de quota litis, quando scilicet convenit, ut Advocatus nomine honorarii certam partem ejus, quod in lite est, accipiat, sive quando suspensa lite societatem futuri emolumenti paciscitur. Sed ejusmodi pacta in jure nostro refutantur *l. Praeses §. si cui ff. de extraord. cognit. l. sumptus §. de pactis l. salarium ff. mandat. l. si qui C. de postul.* quia haec pacta causidicis suggerunt occasionem litigandi protrahendique litem.

X. Circa has à Procuratoribus & Advocatis malitiosè commissas litium protractiones omni tempore Jctos & Legislatores sollicitos fuisse comperimus quo hac proteclandi protervia debito coerceatur modo, quod & nuperri- mè per Recessum imperii de anno 1654. §. Das nemlich confirmatum fuit. Quapropter non modo in Camera Imperiali, sed etiam in aliis judiciis ac ferè passim Advocati in ingressu officii singulare praestant juramentum scilicet omnes eorum causas, quorum suscipiunt patrocinium, bona fide ad ipsorum utilitatem prudenter diligenterque tractaturos, nullam sinistram machinationem, fraudem dolive in iis commissuros, nec quicquam aliud præter æquum & bonum quaesituros, cum quibus concordat. Die Fürstl. Sächsl. Gothaische Gerichts- und Proceß-Ordnung Cap. 14.

XI. Ad protrahendas lites appellationis remedio causidici sæpissimè abutuntur, quibus nihil aliud in votis est, nisi ut per litis protractione fecundi ac uberiores sibi contingant quaestus & frustratorias protelationes adversarium vexent ac fatigent, hinc omnem sententiam tanquam iniquam ac falsam impugnant, & impugnando litem in multos differunt annos, hanc autem in temere appellendo commissam malitiam Imperatores Diocletianus & Maxim. *in l. 6. §. 4. C. de Appell.*
im-

improbaverunt sancientes : *Ne temere ac passim provocandi omnibus facultas praebeatur, arbitramur cum, qui malam litem fuerit persecutus mediocriter poenam à competenti iudice sustinere.* Constantinus vero Imperator in l. à Proconsulibus C. de Appell. & Consult. poenam infamiae in frivole ac injustè appellantes constituit. Quae per Recessum Imperii de anno 1674. §. 120. ad poenam corporis afflictivam extensa fuit.

XII. Diutius huic materiae immorari & prolixiorum disputationem de ea conscribere debuissim, sed cum temporis ratio in hac materia longius progrediendi mihi occasionem incluserit, persistam, promitto interim ea quae prolixius delineanda fuissent, imposterum, commodiori occasione data, pro ingenii mei viribus à me expressum iri.

SIT SOLI DEO GLORIA!



NOBILISSIMO VIRO

DN. JOH. LEONHARDO
KELLNERO,

V. Jur. Doctorando dignissimo

S. P. D.

PETRVS MÜLLERVS, D.



*A*mplius fateor, & patens tibi campus, in quo ad praxin Juridicam & optabilem metam pleno gradu contendas. Namque
à Pa-

à Parentis tui, Advocati per tot lustra dexterrimi, viri pietate & doctrina eximii, vita tua studiorumque ducis schola & à disciplina es, qui uti ad virtutem & sacrarum legum scientiam Te hortatus est, ne quid labis aut macula traxeris ex consortio juventutis maculosa; ita manu ulterius Te ducet ad sublimiora sacra Praxeos. Quot enim brevias, syrtes & vada? in que labi proclive est sine helyce aut cynosura. Habes in Genitore boni causarum Patroni exemplum, quod & in tuis imitare. Summa rerum erit, Vir Clarissime, ut conscientia ratio sit basis in advocatura & fundamentum, cui superstruas egregie comparata doctrina fastigium. Componenda litis studium, quod in coetu tot literatorum hominum laudabiliter commendas, magis Temetipsum commendabit, quam si subtiles argutiolas frigidè affectes. Quicquid ergo in Te est cura, diligentia, contentionis atque industria, cures, ut oculi semper Tibi in metam, mens in conscientiam sit. Ita per vestigia Majorum decurrentem Deus (quod unum animum opto) presidio suo comitabitur, ut virtute duce ac comite industria veram consequaris gloriam aeternumque victuris sis Deo, qui terminus olim unus nobis pretiumque est & laborum meta. In quo voto finio. Vale Dab. X. Decembr. 1690.

*E specula velut
 Quid honestius, quid splendidius,
 quam
 Splendidum virtutis lumen
 Virtutis calore accensum,
 jam praefixum
 Posteris ad huc ostendere?
 En! quid arrogantiae splendor?
 Si humilitatis amor flammam fovet,
 Et denique exerit,
 Quas calida virtus concepit,
 Cum brabeo
 Ceu victrix abit, viget, triumphat.
 Quid de TVO PARENTE KELLNERE?
 qui est & audit
 Fictus Consummatissimus
 Grande justitiae Decus
 Aevi prioris Exemplar,
 Tibi lumen pretulit ac praefixit
 Clarum, & recto praecessit itinere;
 Dux fuit,
 Tu Comes.
 In Te eminet elucetque
 Radians virtutis lumen
 Verum candoris speculum,
 Viva parentis imago.**

* Vid. Plin. epist. lib. 3. 17. lib. 5. 19.

Qua-

Qualis bonorum spes, imò optima?

Idem


Posteris venturis præferre ac præfigere

Nitere. Quod animitus opto.

FRANCISCVS FRIDERICI,

LL, Stud. Altenb.

Sonnet.

in Geist / so in der Welt die edle Tugend liebet /
Verachtet schnöde Lust / ist nur auf dis bedacht /
Was Ihn erhöhen kan / und recht vergöttert
macht /

Er suchet mit Begier / was Ruhm und Ehre giebet /
Und meidet / was so Geist als Tugend oft betrübet :

Dadurch erlanget Er die hohe Ehren-Pracht /

So Wunsch und Wille sucht / und zwar so Tag
als Nacht /

Weil ein so kluger Geist sich stets im Fleisse übet.

Wohl-Edler / Er hat jetzt des Zieles Zweck er-
langt /

Seine unverdroßner Fleiß hat sich mit Lob erwiesen /

Als Seine gelehrter Geist der Welt sich dargefelt /

Er hat nach Wunsch erreicht / was kluger Welt
gefält /

Drum wird Er mit dem Schmuck der Tugend hoch-
gepriesen.

Joh. Nicolaus Kochner /

Jur. Stud.

O ævum

Oævum infelix, quid non Mars efferus audet?
 Quam Themidi infensus fasces sceptrumque
 coruscum

Extorquet, Divamque audax his increpat almam?
 Sint leges, sint jura tibi, me nulla movebunt,
 Hoc ego jus veneror, quod dicat miles & ensis.
 Tu tamen Alburgum prosperrima diceris altrix
 Pacis & Evnomiæ, tibi lætas inter olivas
 Continuat matri Natorum nobilis ardor
 Astrææ regale jubar, nec præterit annus,
 Quo Salana tuis non reddat clara brabea;
 En quoque KELLNERVS scandit venerabile
 culmen

Et sumsit titulos dignos plaudente Senatu.
 Excipe nunc reducem, mater dulcissima natum,
 Obvia procedens calidis hæc verbula misce
 Votis. O Fili quam monstras digna trophæa.

JOH. GEORG. PILLINGIVS,
 Med. Stud.



94 A 7365

VD 18


ULB Halle 3
002 185 687



Sb.

VD 17





23

PROT NE

Bon Ven
der Rechte

INDV
MAGNIFICI JCT
PRÆS

PETRO MÜL
ANTECESSORE
PRO LIC

*Summos in Vtroque Jure Honor
lia rite capeff*

IN AUDITORIO
D. 12. Decembr. 16

*boris ante 8 pomeria
disputabit*

JOH. LEONHARD
ALTENBURGO-MISN

IN Æ, Typis PAULI EHRI

